

Liber

vel a parte themist. A contrario Licero. idem apud themis. ab oppositis. et ab iunctis Licero. eundem a communiter accidentibus themist. dixit. ab antecedentibus et consequentibus mixti cum pluribus. a repugnatibus Lice. idem a themistio. ab oppositis dicitur. ab efficientibus Licero. a causis themist: ab effectis Licero. a fine themist. a comparatione maioris ac minoris. M. Tull. idem sunt a maiore ac minore themist. a comparatione parium Licero. a similibus Temist. C. L. igitur Marci Tullii plena diuisio aliquibus membris themistiane divisionis aptetur: fieri non potest: ut non membra Themistiane diuisio statim ad tulliane conuenientia reducantur. Quocirca si quid reliquum est in themistii divisione: quod superiori formale non videatur ascriptum plene mari Tullii divisioni sic poterimus aptare. Inuicem igitur divisiones alterna reciprocatione coniuncte sunt. Restant autem ex themistii locis hi: ab usibus ab effectibus et corruptionibus: et proportione et transumptione. Quorum quidem ab usib. si usus alicuius rei semper effector est: ei loco ciceronis adhibendus est: qui ab efficientibus nuncupatur. Quod si ipse usus efficitur. ei loco ciceronis aptandus est qui ab effectis vocatur. ab effectibus vero. si quidem efficit aliquid effectus: ab efficientibus causis est: si vero ipse effectus plenum aliquid confessumque demonstrat. Is locus est quem ab effectis. Tullius dixit. a corruptionibus vero ab efficientibus dici potest. Nam cum omnis generatio efficiat aliquid id est substantiam forme corruptionis rursus ipsa quoque efficit quiddam id est substantiali forma spoliat ac priuat: velut mors facit corporis dissolutionem. a proportione vero idem est: quem Tullius a similibus dixit nam multorum in multis similitudo est propotione. Transumptio vero si quidecim ad maiora sit: locus a maiorum comparatione est. sin vero ad minora: locus est a minorum comparatione. qd si ad paria: locus est a parium comparatione. atque in his omnibus reducendis tale satis est descriptionis exemplum.

ab usibus	Si ipse usus aliqd efficit. a causis.
	Si ipse usus efficit. ab effectis.
ab effectibus	Si effectus aliqd efficit. a causis.
	Si effectus efficitur. ab effectis.
a corruptionibus	ab causis.
a proportione	a similibus.
Si sit ad maius	a proportione maiorum.
a transumptione	Si sit ad minus. Minorum.
Si sit ad par	Parium.

¶ Ac de dialecticis quidem locis: quantum propositi operis ratio postulabat explicuimus. Nunc vero de Rhetoricis dicendum est: quid sint: vel quid a dialecticis dispare videatur. Ad cuius plena disputatione

¶ De differentiis Topicis. Liber quartus.



I quis operis titulum diligens examinatur inspiciat: cum de topicis differentiis conscribam: non id a nobis tantum expectare debebit: vt locoru[m] inter se dialecticorum: vel etiam rhetororum differentias demus. Verum id multo magis vt dialecticos locos a rhetoricos segregemus: qd nos efficacius aggredi posse arbitramur

si ab ipsa facultatum natura disputandi sumamus erordium. Ostensa enim dialectice: ac rhetorice similitudine ac dissimilitudine ab ipsarum facultatum necessitate est formis etiam locorum qui eisdem facultatibus deseruiunt coitates discrepantiasq[ue] dicam. dialectica igitur thesim tamen considerat. T[em]esis vero est sine circumstantiis questio. rhetorica vero de hypothesibus. id de questionibus circumstantiarum multitudine inclusis tractat: et differit. Circumstantie vero sunt quis. quid. ubi. quando: quomodo. quibus administriculis. Retus dialectica quidem si quoniam circumstantias: veluti personam factum vel aliquod ad disputationem sumit: non principaliter: sed omnem eius vim ad thesim: de qua differit. trahit. Rhetorica vero si thesim assumptam ad hypothesim trahit: et utramque suam materiam quidem tractat: sed alterius quidem sumit: ut primum in sua materia facultate nitatur. Retus dialectica interrogatione: ac responsione costricta est. Rethorica rem propositam perpetua oratione decurrit. ite dialectica perfectis vltimis syllogismis. Rethorica enthematum breuitate contenta est. illud etiam differentiam facit: qd Rethor habet alium propter aduersarium iudicem: qui inter utrumque disceptat. Dialectico vero ille fert sententiam: qui aduersarius sedet. ab aduersario enim responsio veluti quedam sententia subtilitate interrogationis elicetur. Que cum ita sint omnis earum differentia vel in materia. vel in usu vel in fine est constituta. In materia quae thesis atque hypothesis materia quidem utrumque subiecta est. in usib[us] qd hec interrogatione illa perpetua oratione disceptat: vel qd hec integris syllogismis. illa vero enthematisbus gaudet. In fine vero qd hec persuadere iudicet: illa quod vult ab aduersario extorquere conatur: Quib[us] ita propter cognitis paulo posterius et questiones Rethoricas qd in constitutionibus posite sunt: et propria generis enumerabimus locos. Nunc paulisper mibi videbit de tota admodum breuiter facultate tractandum magnu[m] opus atque difficile. Et haec enim sibi ars Rethorica cognitione iungat: non facile considerari potest: virgines est et ut auditu animaduerti queat: nedum sit facile rectum. De cuius quidem rei traditione nihil ab antiquis precepit: accepimus. De unoquoque enim percepit nihil de communi laborantes. Qua parte doctrine vacua ut possimus aggrediamur. Dicemus igitur de generis artis: et speciebus et maiori et partibus: et instrumento instrumentis partibus: ope etiam officiis actoris et science: post hec de questionib[us] ac de locis. Quocirca qd in communis speculandu[m] est hic differendi sumam exordium. Rethorice igitur genus est facultas. Species vero tres iudiciale demonstratiuum: deliberatiuum: et genus quidem id esse: qd diximus patet. Species autem secundum circa sunt: quas enumerauimus superius: quoniam in his est tota facultas. Rethorice in iudiciali genere caru[m] integrata est. Ita in demonstrativo: vel deliberativo. h[oc] hec genera sunt causaz. Omnes enim cause vel speciales vel iudiciale sub horum triu[m] generu[m] uno cadunt: ut sub iudiciali quidem speciales vel maiestatis: vel repetundarum. Sub deliberativo vero cadunt: quecumque causa consultatione habent: ut si specialiter accipias de bello vel pace. Eodem modo etiam in demonstratiu[m] quecumque rei sunt in laudem: aut vituperatione: sparsa quidem ut laus viri fortis. Individu[m] vero ut laus scipio[n]is sub demonstratione ponitur. Materia vero huius facultatis est omnis res quidem p[ro]posita ad dictionem. fere at est civilis questio. In hac spez a Rethorica venientes quidam

quedam forme capiunt sibi materiam: et triplici informata tenent figura quod posterius liquebit. ut cuius questio: que adhuc informis secundum species erat: si accepto fine vnicuique specierum Rethorice subiecta: ut informis adhuc civilis questio cum acceperit ex iudicali finem iusti si ipso civilis questio in iudicali genere constituta. Cum vero ex deliberatio sum pserit utile vel honestum tunc si ipso civilis questio in deliberatio causarum genere constituta. Si vero ex demonstratione sumperit bonum tunc sit demonstrativa civilis questio. veniunt autem in materiam species ex Rethorica sicco: quod aliter in materia sua quelibet facultas non potest operari: quam si suas adbeat partes. Absentibus enim cunctis partibus suis Rethorica quoque ipsa est absens. sed quoniam de speciebus dictum est Rethorice. quoniam sunt genera causarum. ita sunt: ut omnium negotiorum que in civili questione constituta sunt accepto fine iusti: iudiciale sit genus. omnium vero que constituta sunt in civili questione: honestum vel utilem finem cuperunt. Deliberatiuum sit genus: omnium quoque que in civili questione posita finem honesti tantum boni ve sumperunt. sit demonstratiuum genus. sed de his hactenus. Nunc de partibus Rethorice prouidendum est. Partes autem Rethorice sunt quinque. inuentio. dispositio. elocutio. memoratio. pronunciatio. Partes autem vocantur sicco: quod si aliquid harum defuerit oratori imperfecta facultas est. atque ideo que vniuersam formant oratoriam facultatem ea partes facultatis eius ius est. Sed hec partes quoniam Rethorice facultatis sunt: totamque Rethorican facultatem componunt. necesse igitur est: ut ubi fuerit Rethorica integra: ipse quoque partes consequantur in propriis speciebus: omnes igitur: Rethorice partes inerunt rethorice speciebus. Quocirca civilibus negotiis tractandis adhibentur: que a predictis speciebus Rethorice informantur. eque igitur in iudicali negocio: et in deliberatio: et in demonstratio: inuenio: dispositio: elocutio: memoria: pronunciatioque co-veniunt. Quoniam vero omnis fere facultas instrumento vtitur ad faciendum quod potest erit etiam Rethorice facultatis aliquod instrumentum. hoc vero est oratio: que partim in civili genere versatur. partim minime. De ea autem oratione nunc loquimur: que aliam habet questionem: vel que ad finem expedient de questionibus accommodatur. ea vero oratio: que in civili genere versatur: continue decurrit. Ea vero que non est in civilibus: causis interrogatio et responsio explicatur. sed prior rethorica. secunda Dialectica nuncupatur: que hoc a superiore differt. primum quod illa civilis hypothesin: hec thesin considerat: debincque hec intercisa oratione: illa continua peragitur: et quod Rethorica oratio habet preter aduersarium iudicem. Dialectica vero eodem iudice: quo aduersario vtitur. Hec igitur Rethorica oratio habet partes sex: prehemiū quod exordium est: narrationem: partitionem confirmationem: reprehensionem: perorationem: que sunt partes instrumenti Rethorice facultatis: et quoniam Rethorica in omnibus suis speciebus inest: eisdem inerunt. Ille potius inerunt: quam eisdem ea que peragunt: administrabunt. Itaque etiam in iudicali genere causarum necessarius est ordo probemii et narracionis: atque ceterorum: et in demonstratio deliberatio: nequaquam necessaria sunt. Opus autem rethorice facultatis est docere mouereque: quod nibilominus eisdem

partibus sere sex instrumenti. id est orationis partibus administratur. Partes autem Rethorice: quoniam partes sunt facultatis: ipse quoque sunt facultates. quo circa ipse quoque orationis partibus: quasi instrumentis vtentur in partem atque. ut bis operentur eisdem inerit. Nam in exordio nisi quinq[ue] sint prediecte partes Rethorice: ut inueniat: disponat: eloquatur meminerit pronunciet. nihil agat orator. eodem quoque modo et reliqua fere partes instrumenti nisi habeant omnes Rethorice partes: frustra sunt. Huius autem facultatis effector est orator: cuius est officium dicere opposite ad persuasionem. finis autem tum in ipso tum in altero. In ipso quidem benedixisse. id est dixisse opposite ad persuasionem. In altero vero persuasisse. neque enim si qua impediunt oratorem quo minus persuadeat: officio facto finis non est consecutus. sed is quod: qui officio fuit contiguus: et cognatus: consurgit: facto officio. is vero qui extra est: sepe non consequitur neque tamen Rethorican suo fine contentam honore vacuavit. hec quidem ita sunt mixta: ut Rethorica insit speciebus: species vero insunt causis. Causarum vero partes status esse dicuntur: quos etiam aliis nominibus: tum constitutiones: tum questiones nominare licet. qui quidem dividuntur ita: ut rerum quoque natura divisa est. Sed a principio questionum differentias ordiamur: quoniam rhetorice questiones circumstantius inuolute sunt. omnes autem inscripti alicuius controversia versantur: aut preter scriptum ex re ipsa sumunt contentiones exordium. et ille quodque questiones que in scripto sunt: quique modis fieri possunt: uno quidem cum hic scriptoris verba defendat. ille sententia. Atque hoc appellatur scriptum et voluntas. Alio vero modo: si inter se leges quodque discretate dissidentur: quas cum ex diversa parte defendunt faciunt et trouersia. Atque hic vocatur status legis et trarie. Tertio cum scriptum: de quo contenditur sententiam claudit ambiguam. hec suo nomine ambiguas nuncupatur. Quarto vero cum ex eo: quod est scriptum aliud non scriptum intelligitur: quod quod per ratiocinationem: et quandam syllogismi et sequentiā investigationem ratiocinatio: vel syllogismus dicitur. Quinto vero quod cum sermo est scriptus: cuius non facile vis: et natura clarescat: nisi diffinitione detecta sit: hic vero dicatur finis vel inscriptio. Quos omnes a se differentias non est nostri operis: verum rethorici demonstrare. hec enim speculanda doctis non rudibus discenda proponimus: quoniam de eorum differentia in topicorum commentis per transitum disservimus. Earum autem constitutiones: que preter scriptum ipsarum rerum etenim sunt posite: ita differentia segregantur: ut res quoque ipsarum diversa est nam. In omni enim rethorica questione dubitatur: an sit: quid sit: quale sit: et per hec an iure an more possit exercere iudicium. Sed si satum: vel res quam intenditur ab aduersario negetur: questione est recte sit ea que conjecturalis constitutio nominatur. Quod si factum esse constiterit quid vero sit id quod factum est ignoretur quoniam vis eius diffinitione monstranda est: diffinitione dicitur constitutio. Ac si et esse constiterit: et de re de definitione conueniat. sed quale sit inquiratur: tunc quod cui generi subiecti debeat: ambiguitate generalis qualitas nuncupatur. In hac vero quoniam et qualitatibus et quantitatibus: comparisonis ratio versat. Sed quoniam de genere questione est: binis generis formam in plura necesse est hanc constitutionem membra distribui. omnis igitur questione generalis id est cujus de genere et qualitate et quantitate constitutur facti: in duas distribuitur partes. Nam autem in posteriorum

I.iber

quia de qualitate propositi. aut in presens. aut in futurum. si in preteritum iuridicalis constitutio nuncupatur. Si presentis vel futuri temporis teneat questio nem. negocialis dicitur. Iuridicalis vero: cuius inq sitio preteritum respicit: duabus partibus segregant enim in ipso facto vis defensionis inest: et absolu ta qualitas nuncupatur: aut extrinsecus assumitur: et assumptiuia dicitur constitutio: Sed hec in quattuor partes derivatur. Aut enim conceditur crimen: aut remouetur: aut refertur: aut quod est ultimum compa ratur. Conceditur crimen: cum nulla introducitur facti defensio: sed venia postulatur: Id fieri duobus modis potest: si deprecari: aut purges. Deprecaris cuz nibil excusationis attuleris: purgas cum facti culpa his ascribatur: quibus obfisti: obuiariq; non possit. neq; tamen persone sint: id enim in aliam constitutio nem cadet. Sunt vero hec imprudentia: casus: atq; necessitas. Remouetur vero crimen: cum ab eo: qui in cessitur: transfertur in alium. Sed remotio criminis duobus modis fieri potest. si aut cā referatur: aut factum. Causa refertur: cuz aliena potestate aliquid factum esse contenditur. Factum vero: cuz aliis aut potuisse: aut debuisse facere demonstratur. Atq; hec in his maxime valent: si eius nominis in nos intēdatur actio: q; non fecerimus id quod oportuit fieri. Refer tur crimen cum iuste in aliquem facinus commissum esse contenditur: quoniam is in quem commissum fit iniuri⁹ sepe fuerit atq; id quod intēditur meruit pa ti. Comparatio est: cum propter meliorem utiliorem ve factum quod aduersarius arguit commissum esse defenditur. Horum vero omnium sunt p̄prie differ entie: atq; adeo minutissime diuisiones quas Rhetorū in his docendis explicādisq; cōscripti libri diligētius continent. Nos hec a. M. Tullio sumpsisse sufficiat. Ad aliud enim tota operis festinat intentio. De quibus omnibus hoc modo inspiciendum est. M. enī Tullius causarum partes constitutiones ēē demon strat eo loco quo contra Hermagoram nititur dices q; si generis cause nō possūt recte partes putari multo minus recte part⁹ cause partes putabūtur. Pars autem cause constitutio omnis est. partes cause cōstitutiones esse designans. Quia de re multa questio ē quomodo enim partes esse putabantur cause. Si enī ita partes: vt species quomodo fieri potest: vt in una causa plures constitutiones sint. Nam species sibiūnūcēm impermixte sunt. At veniunt in causam plurime constitutiones: non sunt igitur partes causarum: velut species status. Illud quoq; q; nulla species alia sibi spēm oppositā ad subaz iuuat. Constitutio vero 2stitionem confirmat ad fidem. Nec vero fieri potest. vt ita sint causarum: quasi totius partes. nullum enim compositum ex una parte totum. atq; integrum esse potest. Ac in causa constitutio una idonea est consti tuere causaz. Quid igitur est dicendum: patet via rationi. Neq; enim cause eius pars dicitur esse constitu tio: que in controversiam venit. et quaz status consti tuit: cū presertim qui additur ad causam status: una iam constitutione firmata: non sit principalis: sed acci dentalis atq; in uno negotio tot veniant controver sie quot sunt 2stitutiōes. h; quot cōtrouersie: tot cause et licet eas vnum contineat negotium: cause tamē impermixte sibi variantur: vt qui iuuenez de lupanari exente vidit: paulo post de eodem loco vrorem suam vidit egressam: accusat iuuenem adulterii. hic vnum negotium hoc quod vertitur est. cause autem

due vna: cōjecturalis: si neget se fecisse. Altera diffi nitua: si in lupanari concubitus dicat non posse adul terium putari. Sed neq; neganti pars eiusdem con trouersie conjecturalis status: neq; dissidenti diffini tio. totam enim continet causam: causam autem vo co non generaliter: sed controversiam constitutione aliqua formatam. sunt autem constitutiones partes cause: generalis hoc modo. Si enim omnis causa cōjecturalis esset: nec aliis status inueniretur. non esset status conjecturalis cause pars: sed ipsa causa esset si ne dubio conjectura. sed quoniam partim conjectura: partim sine: partim qualitate: partim translatio ne cause omnes tenentur: pars est constitutio cā nō eius: quam tenendo informat: sed eius quam dividit generalis: cuius scilicet quasi membrum aliquod ab scidens suum facit vnumq; constitutio. Sunt igitur partes vt species constitutiones cause generalis non eius: quam vnaqueq; tenens informauerit. Quare genus est Rethorice facultas. Rethorice vero spe cies tres iudiciale: demonstrativum: deliberativum. Materia autē ciuilis questio: que dī causa. ptes hu ius materie cōstitutiōes. rhetorice partes inuenio: dispositio: elocutio: memoria pronunciatio: instrume tum oratio. instrumenti partes. exordium: narratio: partitio: confirmatio: reprehensio: peroratio: opus ē docere et mouere. actor est orator. officium benedice re. finis tum benedixisse: tum persuadere. est vero to ta Rhetorica in spēbus. Species vero ita totam ma teriam informant: vt tamen vicissim totam sibi ven dicent. quod ex hoc intelligi potest: quoniam omnes materie partes singule species tenent. Nam in iudiciali quattuor constitutiones inuenies: et in deliberati uo: demonstrativoq; easdem quattuor inuenire ques as. Unde ostenditur: si omnes partes cause generalis que est ciuilis questio: singule species habent. omnes vero partes causa ipsa est. causam idest ciuilem ques tionem a speciebus vicissim vendicari totam eodem modo: quo vor uno tempore ad plurimorum aures p uenit cuz suis integra partibus idest elementis: nam eodem tempore tota causa ad diuersas species cum suis partibus trāsit. Sed cū spēs in materiā venerint idest in ciuilem questionē: et eam cum suis obtinuerit partibus inferunt secum ēt ipsam Rhetoricam facul tatem. Quare et Rethorice partes in singulis consti tutionibus inerunt. Sed illata materia Rhetorica in fert secum instrumentū sūm: insert igitur secum ora tionem: et hec etiam proprias partes: eritq; in cōsti tutionibus tractandis exordium: et cetera. Sed cum instrumentum venerit in ciuilem questionem: opera quoq; suam simul infert. Hec docebit igitur: ac p̄sua debit in omni constitutione. sed hec per se venire nō poterunt: nisi sit: qui hec moueat velut artifex atq; architectus. Hic autem est orator: qui cum ad causaz accesserit: faciat officium suum. bene igitur dicet et in omni genere causaz: et in omni constitutione ora tor: faciat etiam finem: tuz ut benedixerit in omni cōstitutione: tum ut persuaserit. De singulis igit̄ nunc quidem in cōmune tractauimus. De unoquoq; vero separatis post si erit ocium: commodum differem⁹. Atq; hec bactenus nunc de inuentione tractandum ē, et enim prius quidem dialecticos dedimus. nūc rhe toricos promīnus locos. quos ex attributis psone ac negotio venire necesse est: persona est q; i iudicium vocatur: cui⁹ dictū: factū ve reprobendit. Illegociū factū dictum ve persone pp quod in indicū vocat. Itaq; in his

in his duobus omnis locorum ratio constituta est que enim habent reprehensionis occasionem. eadez nisi omnino ad inexcusabilem partem vergunt: definitionis copiam subministrant: ex eisdem enī locis oī accusatio defensioqz consistit. Si igitur persona i in dictum vocatur: neqz factum dictum ve vllum reprehenditur: causa esse non poterit. Nec vo factum: dictum ve aliquid in iudicium proferri potest: si persona non extet. itaqz in his duobus omnis iudiciorum ratio versatur in persona atqz negocio. Sed vt dcm est persona est que in iudicium vocatur: negotiuz factum dictuz ve persone: proper quod reus statuitur. persona igitur et negotium suggestere argumenta nō possunt. De ipsis enim questio est. De quibus autem dubitatur ea dubitationi facere fidem nequāt argumēntum vo erat ratio rei dubie faciens fidez: faciūt autem negocio fidem ea que sunt personis: ac negotiis attributa. Ac si quando persona negocio faciat fidem: veluti si queratur contra reimp. sēsisse catilinam quoniam persona est viciorum turpitudine denotata tunc non in eo qz persona est: et in iudicium vocatur: fidem negocio facit: sed in eo qz ex attributis persone quandam suscipit qualitatem. Sed vt rerum ordo clarius colliquescat: de circumstantiis arbitroz esse dicendum. Circumstantie sunt. que cōuenientes substantia questionis efficiunt. Misi enim sit qui fecerit: et quod fecerit: eamqz cur fecerit: locus: tempusqz: quo fecerit: modus etiam facultatesqz si desunt causa non stabit. Has igitur circumstantias in gemina cicero partitur: ut eam que est quis circumstantiam in attributis persone ponat. Reliquas vo circumstantias in attributis negocio cōstituat: et primam quidem circumstantiaz eam: que est quis: quoniam persone attribuit. secat in. ri. partes: nomine vt verres naturā vt barbar⁹. vi etum: vt amicus: nobiliū studiuz: vt geometer: fortunam: vt diues: casum vt exul. affectionē vt amās: habitum: vt sapiens: consilio: vt simo age care pater certi imponere nostre facta. et orationes. ea que extra illud factum: dictumqz sunt: quod nūc in iudicium de vocatur. Reliquas vo circumstantias: que sunt quid: cur quomodo: quibus auxiliis. vbi: quādo: in attributis negocio ponit. Quid et cur dicens continentia cum ipso negocio. Cur in causa constituēs. ea enī causa est vni usciusqz facti. propter quam factū est. Quid vo se cat in quattuor partes in summā facti: vt parentes: occasio ex hac maxime locus sumitur amplificationis. Ante factum: vt concitus gladium rapuit. dum fit vehementer percussit. post factum in abdito sepelivit. Que cum omnia sint facta: tñ quoniam ad gestum negotiū. de quo queritur pertinent: non sunt facta que in attributis persone numerata sunt: illa enim extra negociū: de quo agitur posita personaz informantia fidem ei negocio prestant: de quo versatur intentio. Hec vo facta. qz continētia sunt cuz ipso negocio: ad ipsum negociū: de quo queritur pertinent. Postremas vo quattuor circumstantias: Licero ponit in gestione negocii: que est secunda pars attributorū negotiis: et eam quidem circumstantiam: que est quando: dividit in tempus: vt nocte fecit. et in occasionem vt cūctis dormientibus: eam vero circumstantiam que est vbi. locum dicit: vt in cubiculo fecit. quomodo vo ex circumstantis modum: vt clam fecim. Quibus utiliis circumstantiarum facultates appellat: ut cū multo exercitu. Quorum quidem locorum et si ex circumstantiarum natura discretio data est: nos tamen be-

nivolentius faciemus si vberius eorum a se differentes ostendamus. Nam cum ex circumstantiis alia T ul lius posuerit esse continentia cum ipso negocio. alia vo in gestione negocii. Atqz in continentibus cum ipso negocio illum enumeravit locum: quez appellant dum fit: ex ipsa prolationis significatione idez videtur esse locus hic: dum fit ei qui est in gestione negocii. h non ita est. qr dum fit illud est: quod eo tempore admissum est: dum facinus perpetratur: vt percussit. In gestione vero negocii ea sunt: que ante factum: et duz fit: et post factum quod gestum est: continent. in omnibus enim tempus: locus: occasio modus: facultas inquiritur. Rursus duz fit factum est: quo administratum est negociū: que igitur sunt in gestione negocii: non sunt facta: sed facto adherentia: nullus enim tempus: occasionem: locum: modū facultatem facta esse consenserit: sed(vt dictuz est) que cuilibet facto adherentia sunt. atqz id nullo modo relinquunt quadam ratione subiecta sunt ipsi quod gestum est negocio. Item ea que sunt in gestione negocii: sine his que sunt continentia cum ipso negocio esse possunt. Potest enim et locus: et tempus: et occasio: et modus et facultas facti cuiuslibet intelligi etiam si nemo faciat: qz illo in loco vel tempore: vel occasione: vel mō vel facultate fieri posset. itaqz ea: que sunt in gestione negocii sine his que continentia cum ipso negocio cē possunt: illa vo sine his esse non possunt factum enī preter locum: tempus: occasionem. modū: facultatēqz esse non poterit: atqz hec sunt que in attributis psone: ac negocio constant: veluti in dialecticis locis ea que in ipsis herent: de quibus queritur. Reliqua vo que vel sunt adiuncta negocio: vel gestum negociū consequūtur: partim sunt extrinsecus: partim versantur in me diis fin Liceronem uero inter affecta numerata sunt vel extrinsecus posita. Sunt enim adiuncta negociū ipsa etiam que fidez faciunt questioni affecta quodā modo ad id: de quo queritur: et resipientia negocii: de quo agitur hoc modo. Nam circumstantie septem in attributis persone: vel negocio numerate sunt: be cū ceperint cōparari. et qz in relationez uenire: si qd ad se continēs referatur: vel ad id quod continēt fit: aut spēs: aut genus. at si ad id referatur. quod ab eo lōgissime distet contrarium est: at si ad finē suā atqz exitum referatur: euentus est. eodez quoqz modo maiora: ad minora: et paria comparantur. Atqz omnino tales loci in his: que sunt ad aliquid considerantur. nā maius: aut minus: aut simile: aut eque magnum: aut disperatum accidunt circumstantiis: que in attributis negocio. atqz persone numeratae sunt. vt duz ipse circumstantie alijs comparantur. fiat ex his argumentum dicti. facti ve. quod in iudicium trahit. Distant autem a superioribus: qz superiores loci uel facta continebant: vel factis ita adhreibant: ut separari non possint: vt locus. tempus: et cetera que gestum negociū non relinquunt. hec uero: que sunt adiuncta negocio non adherent ipsi negocio: sed accidunt circumstantiis: et tunc demum argumentum prestāt. cū ad comparisonem venerint. Sumuntur vo argumenta non ex contrarietate: sed ex contrario: et nō ex similitudine: sed ex simili: ut appareat non ex relatō sumi argumenta: sed ex adiunctis negocio: et ea esse adiuncta negocio: que sunt ad ipsum de quo agitur negociū affecta. Consecutio uero que pars quar

Liber

ta eorum que negotiis attributa sunt: neque in ipsis in est rebus: neque rerum substantiam non relinquit: neque ex comparatione reperitur: sed rem gestam vel antecedit: vel etiam consequitur. Atque hic totus locus extrinsecus est. primum enim in eo queritur id quod factum est: quo nomine appellari conueniat. in quo non de re: sed de vocabulo laboratur: qui deinde actores eius facti. et inventionis comprobatores: atque emuli fuerunt. Id totum ex iudicio: et quoddam testimonio extrinsecus posito ad subsidium constituit argumenti. deinde et que eius rei sit lex: consuetudo. actio: iudicium sententia: artificium. Deinde querit: si natura ei' euenire vulgo soleat. an insolenter et raro utrum hominem id sua auctoritate comprobare. an offendere in his consueverint: et cetera: que factum aliquod similiter confessum: aut inter uallos solent consequi que necesse est extrinsecus posita ad opinionem magis tendere: quod ad ipsam rerum naturam. Itaque in his quattuor licet negotiis attributa diuidere: ut sint partim continentia cum ipso negocio: que facta esse superius dictum est: partim in gestione negotii: que non esse facta. sed factis adhuc dudum monstrauimus: partim ad iuncta negotio. hec (ut dictum est) in relatione ponuntur. partim gestum negocium consequuntur. horum fides extrinsecus sumitur. Ac de rhetoriciis quae locis satis dictum est. nunc illud est explicandum que sit his similitudo cum dialecticis. que vero diversitas. quod cum idonee conuenienterque monstrauerit: propositi operis explicabitur intentio. primo adeo ut in dialecticis locis (sicut themistio placet) alii sunt qui in ipsis herentur. de quibus queritur: alii assumuntur extrinsecus: alii vero inter utrosque locati sunt. sic in rhetoriciis quoque locis alii in prima: atque negotio consistunt de quibus ex diversa parte certatur: alii vero extrinsecus: ut hi. qui gestum negocium consequuntur. alii vero medii: Quorum quidem proximi negotio sunt hi qui ex circumstantiis sicut reliqui in gestione negotii considerantur. Illi vero: qui in adjuncto negotio collocantur. ipsi quoque inter medios locos possunt: quoniam negotium: de quo agitur: quadam affectione respiciunt. vel si quis ea quidez que personis attributa sunt: vel que continentia sunt cum ipso negotio: vel que in gestione negotii considerantur: his similia locis dicuntur: qui ab ipsis in dialectica trahuntur de quibus in questione dubitatur. Consequentia vero negotiorum ponat extrinsecus: adiuncta vero inter utrumque constituantur. Liceronis vero divisioni hoc modo fit similis: Nam ea que continentia sunt cum ipso negotio: vel ea que in gestione negotii considerantur: in ipsis herentur de quibus queritur. ea vero que iuncta sunt inter affecta ponuntur. sed ea que gestum negocium consequuntur: extrinsecus locata sunt: vel si quis ea quidem que continentia sunt cum ipso negotio: in ipsis herere arbitretur. affecta vero esse ea que sunt in gestione negotii vel adiuncta negotio: extrinsecus vero ea: que gestum negocium consequuntur. Iaz vero sunt ille proprie communitates. quod quidem ipsi pene in utrisque facultatibus versantur loci: ut gen: ut pars:

ut similitudo: ut contrarium: ut maius: ac minus. De communitatibus satis dictum est. Differentie vero ille sunt: quod dialectici thesibus apti sunt Rhetorici tam ad hypotheses. i. ad questiones informandas circumstantiis assumuntur. nam sicut ipse facultates a se metipsis universalitate et particularitate distictae sunt ita etiam eorum loci ambitu et contractione discreti sunt. Nam dialecticorum locorum maior est ambitus: et quoniam preter circumstantias: sunt: que singulares faciunt causas: non modo ad theses utiles sunt: verum etiam ad argumenta: que in hypothesis posita sunt eorumque locos: qui ex circumstantiis constant claudit atque ambiunt. itaque fit: ut semper erat Rhetor dialecticis locis. Dialecticus vero suis possit esse contentus Rhetor enim: quoniam causas ex circumstantiis tractat: ex eisdem circumstantiis argumenta presumet: quod necesse est ab universalibus et simplicibus confirmari: qui sunt dialectici. Dialecticus vero: qui prior est: posteriore non eget: nisi aliquando inciderit questione persone. ut cum sit incidens. Dialectico ad probandam suam thesin causa circumstantiis inclusa: tum demum rhetoriciis utatur locis. Itaque in dialecticis locis: si ita contingat a genere argumenta sumuntur. i. ab ipsa generis natura. Sed in rhetoriciis ab eo genere: quod: illuc genus est: de quo agitur. nec natura generis: sed de re. s. ipsa: que genus est. Sed ut progressetur: ratio ex eo pendet: quod natura generis ante recognita est: ut si dubitetur: an fuerit aliquis ebriosus. Discetur si refellere velim: non fuisse: quoniam nulla in eo luxuries antecesserit: siccirco nimurum: quia cum luxuries ebrietatis sit quasi quoddam genus: cum luxuries nulla fuerit: nec ebrietas quidez fuit. Sed hoc pendet ex altero. Lux enim luxuries non fuit: ebrietas esse non potuit. Ex natura generis demonstratur. quod dialectica ratio subministrat: Inde enim genus abest. Inde etiam species abesse necesse est: quoniam genus species non relinquuntur. et de similibus quidem. et de contrariis eodem modo: in quibus maxima dissimilitudo in rhetoricos ac dialecticos locos. Dialectica enim ex ipsis qualitatibus. Rhetorica ex qualitate suscipientibus rebus argumenta vestigat. ut dialecticus ex genere. id est ex ipsa generis natura. Rhetor ex ea re: que genus est. Dialecticus ex similitudine Rhetor ex simili. i. ex ea re: que similitudinem cepit. Eodem modo ille ex contrarietate hic ex contrario. Oibus igitur: que superius proposuimus expeditis. illud arbitrator apponendum: quod Mar. Tullius Topica que ad L. Trebatium peritum iuris edidit. non eo modo: quo de ipsis disputari possit differunt: sed quemadmodum Rhetorice facultatis argumenta ducerentur: quod in his commentariis diligentius expediimus: qui a nobis in eiusdem Liceronis Topica conscripti sunt. Quo autem modo de his dialecticis rationibus disputeret: in his commentariis: quos in aristotelis topica a nobis translata conscripsimus expeditum est.

IIIJS